

Saints Pierre et Paul, *apôtres*

Dimanche 29 juin 2025

● 1ère classe

INTROÏT *Actes des apôtres 12, 11*

Nunc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum : et erípuit me de manu Heródis et de omni expectatióne plebis Iudæórum. **Ps. 138** Dómine, probásti me et cognovísti me : tu cognovísti sessiónem meam et resurrectiónem meam. **Ÿ.** Glória Patri.

Maintenant, je sais que le Seigneur a vraiment envoyé son ange et qu'il m'a délivré de la main d'Hérode et de tout ce qu'attendait le peuple juif. **Ps. 138** Vous m'avez éprouvé, Seigneur, et vous m'avez connu ; vous avez connu le temps de mon repos et de mon lever. **Ÿ.** Gloire...

COLLECTE

Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri et Pauli martýrio consecrásti : da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum ; per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

Ô Dieu, qui avez consacré ce jour par le martyre de vos apôtres Pierre et Paul : accordez à votre Église de suivre en tout les leçons de ceux qui lui ont apporté les prémices de la foi. Par...

Mémoire de la solennité de la Fête du Sacré-Cœur de Jésus.

Deus, qui nobis in Corde Filii tui, nostris vulneráto peccátis, infínitos dilectiónis thesáuros misericórditer largíri dignáris : concéde, quæsumus ; ut, illi devótum pietátis nostræ præstántes obséquium, dignæ quoque satisfactiónis exhibeámus officium. Per eúndem.

Dieu qui, dans le cœur de votre Fils blessé par nos péchés, daignez miséricordieusement nous prodiguer des trésors infinis de charité : faites, nous vous en prions, qu'en lui rendant le fervent hommage de notre piété, nous remplissions aussi le devoir d'une digne satisfaction. Par le même...

LECTURE *des Actes des apôtres 12, 1-11*

In diébus illis : Misit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de ecclésia. Occidit autem Iacóbum fratrem Ioánnis gládio. Videns autem, quia placeret Iudæis, appósuit, ut apprehénderet et Petrum. Erant autem dies azymórum. Quem cum apprehendísset, misit in cárcerem, tradens quatuor quaterniónibus mílitum custodiéndum, volens post Pascha producere eum pópulo. Et Petrus quidem servabátur in cárcere. Orátio autem fiébat sine intermissióne ab ecclésia ad Deum pro eo.

Cum autem productúrus eum esset Heródes, in ipsa nocte erat Petrus dórmiens inter duos mílites, vinctus caténis duábus : et custódes ante óstium custodiébant cárcerem. Et ecce, Angelus Dómini ástitit : et lumen refúlsit in habitáculo : percussóque látere Petri, excitávit eum, dicens : Surge velóciter. Et cecidérunt caténæ de mánibus eius. Dixit autem Angelus ad eum : Præcingere, et cálcea te cáligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi : Circúmدا tibi vestiméntum tuum, et séquere me. Et éxiens sequebátur eum, et nesciébat quia verum est, quod fiébat per Angelum : existimábat autem se visum videre. Transeúntes autem primam et secundam custódiám, venérunt ad portam férream, quæ ducit ad civitátem : quæ ultro apérta est eis. Et exeúntes processérunt vicum unum : et contínuo discéssit Angelus ab eo. Et Petrus ad se revérsus, dixit : Nunc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum, et erípuit me de manu Heródis et de omni exspectatióne plebis Iudæórum.

GRADUEL *Psaume 44, 17-18*

Constitúes eos príncipes super omnem terram : mémores erunt nóminis tui, Dómine. *Ÿ*. Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii : proptérea pópuli confitebúntur tibi.

ALLÉLUIA *Matthieu 16, 18*

En ces jours-là, le roi Hérode mit la main sur quelques membres de l'Église pour les maltraiter. Il fit mourir par le glaive Jacques, le frère de Jean ; et voyant que cela plaisait aux Juifs, il ordonna en outre l'arrestation de Pierre. Or c'était le jour des Azymes. L'ayant donc fait arrêter, il le mit en prison, le confiant à la garde de quatre escouades de quatre soldats chacune, voulant le faire comparaître devant le peuple après la Pâque. Tandis que Pierre était ainsi gardé dans la prison, l'Église ne cessait d'adresser pour lui des prières à Dieu.

Or, la nuit même du jour où Hérode voulait le faire comparaître, Pierre dormait entre deux soldats, lié de deux chaînes, et les gardes postés devant la porte gardaient la prison. Et voici que l'ange du Seigneur parut et une lumière brilla dans la prison ; et l'ange, touchant Pierre au côté, l'éveilla en disant : « Lève-toi vite. » Et aussitôt les chaînes tombèrent de ses mains. Et l'ange lui dit : « Ceins-toi et mets tes chaussures. » Et il le fit, et l'ange lui dit : « Mets ton vêtement et suis-moi. » Pierre sortit et le suivit, ne sachant pas que ce qui advenait par l'ange était réel, car il croyait avoir une vision. Lorsqu'ils eurent passé la première garde, puis la seconde, ils arrivèrent à la porte de fer qui mène à la ville : d'elle-même, elle s'ouvrit devant eux. Ils sortirent et s'engagèrent dans une rue ; et aussitôt l'ange le quitta. Revenu à lui-même, Pierre dit : « Maintenant je sais que le Seigneur a vraiment envoyé son ange et qu'il m'a délivré de la main d'Hérode et de tout ce qu'attendait le peuple juif. »

Vous les établirez chefs sur toute la terre : ils se souviendront de votre nom, Seigneur. *Ÿ*. Pour remplacer vos pères, il vous naîtra des fils ; c'est pour cela que les peuples vous loueront.

Allelúia, allelúia. *Ÿ*. Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam. Allelúia.

Alleluia, alléluia. *Ÿ*. Tu es Pierre, et sur cette pierre je bâtirai mon Église. Alléluia.

+ ÉVANGILE *selon saint Matthieu 16, 13-19*

In illo tēpore : Venit Iesus in partes Cæsaráe Philippi, et interrogábat discipulos suos, dicens : Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis ? At illi dixerunt : Alii Ioánnem Baptístam, alii autem Elíam, álii vero Ieremíam aut unum ex Prophétis. Dicit illis Iesus : Vos autem quem me esse dicitis ? Respóndens Simon Petrus, dixit : Tu es Christus, Fílius Dei vivi. Respóndens autem Iesus, dixit ei : Beátus es, Simon Bar Iona : quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam, et portæ ínferi non prævalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis : et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis.

En ce temps-là, Jésus vint aux environs de Césarée de Philippe, et il interrogeait ses disciples, disant : « Quel est celui que les hommes disent être le Fils de l'homme ? » Ceux-ci répondirent : « Les uns disent que c'est Jean-Baptiste, d'autres Élie ; d'autres Jérémie, ou quelqu'un des prophètes. » Jésus leur demanda : « Et vous, qui dites-vous que je suis ? » Prenant la parole, Simon-Pierre dit : « Tu es le Christ, le Fils du Dieu vivant. » Et Jésus, répondant, lui dit : « Tu es heureux, Simon fils de Jean, car ce n'est pas la chair ni le sang qui te l'ont révélé, mais mon Père qui est dans les cieux. Aussi moi, je te dis que tu es Pierre, et sur cette pierre je bâtirai mon Église, et les portes de l'enfer ne prévaudront pas contre elle. Et je te donnerai les clefs du royaume des cieux : et tout ce que tu lieras sur la terre sera lié aussi dans les cieux, et tout ce que tu délieras sur la terre sera aussi délié dans les cieux. »

OFFERTOIRE *Psaume 44, 17-18*

Constitues eos príncipes super omnem terram : mémores erunt nóminis tui, Dómine, in omni progénie et generatióne.

Vous les établirez chefs sur toute la terre : ils se souviendront de votre nom, Seigneur, de génération en génération.

SECRÈTE

Hóstias, Dómine, quas nómini tuo sacrándas offérimus, apostólica prosequátur orátio : per quam nos expiári tríbuas et deféndi. Per Dóminum.

Que ces hosties, Seigneur, que nous offrons à votre saint nom avant de les consacrer, soient accompagnées par la prière de vos apôtres ; et faites que, par elle, nous soyons purifiés et défendus. Par...

Respice, quæsumus, Dómine, ad ineffabilem Cordis dilécti Fílii tui caritátem : ut quod offérimus sit tibi munus accéptum et nostrórum expiatio delictórum. Per eúndem.

Considérez, Seigneur, nous vous en prions, l'amour ineffable du cœur de votre Fils bien-aimé, afin que notre offrande vous soit un présent agréable et une expiation pour nos fautes. Par le même...

PRÉFACE DES APÔTRES

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, Te, Dómine, suppliciter exoráre, ut gregem tuum Pastor ætérne non déseras : Sed per beátos Apóstolos tuos continúa protectióne custódias : Ut íisdem rectóribus gubernétur, quos óperis tui vicários eidem contulísti præesse pastóres. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militiá cæléstis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes...

Il est vraiment juste et nécessaire, c'est notre devoir et notre salut de vous supplier humblement, Seigneur, Pasteur éternel, de ne pas abandonner votre troupeau ; mais, par vos bienheureux apôtres, de le garder sous une continuelle protection, afin qu'il soit gouverné par les mêmes chefs que vous avez mis à sa tête comme pasteurs pour continuer votre œuvre.

C'est pourquoi, avec les Anges et les Archanges, avec les Trônes et les Dominations, avec toute la milice de l'armée céleste, nous chantons l'hymne de votre gloire, disant sans cesse...

COMMUNION *Matthieu 16, 18*

Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclésiám meam.

Tu es Pierre, et sur cette pierre je bâtirai mon Église.

POSTCOMMUNION

Quos cælésti, Dómine, alimento satiásti : apostólicis intercessiónibus ab omni adversitáte custódi. Per Dóminum.

Seigneur, par l'intercession des apôtres, préservez de toute adversité ceux que vous avez rassasiés de l'aliment céleste. Par...

P ræbeant nobis, Dómine Iesu, divinum
tua sancta fervórem : quo dulcíssimi
Cordis tui suavitate percépta ; discámus
terréna despícere, et amáre cæléstia : Qui
vivis.

Q ue vos saints mystères, Seigneur Jésus,
causent en nous une ferveur divine ;
afin qu'après avoir ressenti la suavité de
votre cœur très doux, nous apprenions à
mépriser les choses de la terre et à aimer
celles du ciel. Vous qui...